si q[ui]d habebis, quid ibi decretum vel deliberatum
sit. Mitto vobis Intimationis exemplar, quum
nec, aliud enim novi nihil erat, quod mitte-
rem. Describes ea ut voles, item ut Stephano
etiam unum detur. Deus aeternus ac cle-
mentissimus pater Dni nri Jhesu Christi vos
ac nos in fide vera, verboque suo sincero, salvos
atque incolumes conservet, Amen.
Salutem precor coniugi tuae ac familiae, Joanni
Gallo et Petro Seiler et M. Guilielmo Gymna-
siarchae. Saluta quaeso meis verbis amantem
Clariss: virum D. Laurentium ab Einsidel
atque illi literas M. Hieronymi ostende.
Wittenbergae
10. Januar: Anno: 1549.
Tuus
M. Vitus Winshemius

Clarissimo viro D. Philippo Me-
lanthoni praeceptori suo observando.

S. Precor Deum aeternum patrem liberatoris nri
Jhesu Christi, ut vereque annum tranquillum

faustum ac foelix sit Ecclesiae et Reipub: nec
et familiae tuae. Postquam legi epistolam tuam,
quam avide expectaveram, acquievit paululum
animus meus varijs curis distractus, non tam
propter Caesaris discessum, quam ob difficultatem
muneris, quod damno subeundum erat, in isto
rerum + praesunt. Neque vero ocij aut tran-
quillitatis studio, nec metu periculi de abdi-
cando munere docendi cogitaveram, sed ut
serio ~~[illegible]~~ testarer, me abhorrere a consilijs
perniciosis Ecclesiae et sanae doctrinae, cum
nostris admonitionibus nullus unquam locus fuerit.
Ut adhuc finis est cumulandarum cerimo-
niarum. Iam deliberari audio, quia rationes
singulis diebus duae missae celebrentur, iuxta
statutum libri Augustani. Cum autem
populus propter variam vitiorum multitudinem
defugiat Communionem quod hisce ferijs
magno dolore vidimus, decreverunt eo, ut ex

ministros vestitos sumere corpus et sanguinem
domini, ut retineatur apparatus, et simulatio
missae papisticae, aut ut ipsi volunt, veterisque ...
riti usus. Nec volunt legi Canonem, tamen
librum aperiunt, et proponunt, sed eius vice mu-
murare alias preces iubent. Has simulati-
delectari eos ex sermonibus quorundam intel-
lexi et habent ad eam rem magistrum im-
probum Islebium. Ego vero nusquam con-
ferendam esse puto, neque enim συναξις aut
Κοινωνια est, cum unus aliquis, nec sponte
sed iussu aliorum et precio conductus, utitur
sanctissima cena. Quodsi invehentur in
nostram Ecclesiam, ut video, quo dissimula-
a coronatoribus possit, immo iustam causam
puto cedendi, ne illa prophanatione et aliorum
delictis polluamur, nisi forte ipsi nos eiiciant
cum eo tolerandi sint, haud dubie aliquam
quantumvis moderatam reprehensionem.
Cuius autem, ut et tuam sententiam signif-

Nihil enim temere admisimus, et quoad sal-
va conscientia inservire Ecclesiae poterimus,
nec periculum, nec molestiam ullam defugie-
mus. Literas D. Pomerani et tuas ad
Gotterum misi. Optarem sane et ego, si ...
terunt isti rerum dissentium. Vobis cum adiungi.
Familia adhuc nobiscum est, mansura ad
aestatem usque. Bene et feliciter vale praeceptor
carissime. Calendis Januarii. 1549.

Hiero. Besolt.

Clarissimo et doctissi: viro D. Victorino
Strigelio amico suo magno.

6 Joannem ministrum verbi misi ad te, ut
a te discat diligentiam praeceptoris nepotum
meorum et quid ipsi agant, eos tibi commendo,
ut vel uno verbo ipsos et praeceptorem ipsorum
gubernes. Mitto tibi copiam inclusam,